

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] aliqui excusentur ab obserua[n]tia huius pr[a]cepti? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

aduersus spiritum, ut dicitur ad Gal. 5. conueniens fuit
ut Ecclesia aliqua ieiunia statueret ab omnibus com-
munitate obseruanda: non quasi præcepto subiiciens id
quod simpliciter ad supererogationem pertinet, sed
quasi in speciali determinans id quod est necessarium
in communi.

Ad secundum dicendum, quod præcepta quæ per
modum communis statuti proponuntur, non eodem mo-
do obligant omnes, sed secundū quod requiritur ad fi-
nem quem legislator intendit. Cuius auctoritatē si ali-
quis transgrediendo statutum contemnat, vel hoc mo-
do transgrediatur ut impediatur finis quem intendit:
peccat mortaliter talis transgressor. Si autē ex aliqua
rationabili causa quis statutum non seruet, præcipue
in casu, in quo etiam si legislator adesset, non decer-
neret esse seruandum: talis transgressio non constituit
peccatum mortale. Et inde est, quod non omnes qui
non feruant ieiunia Ecclesiæ, peccant mortaliter.

Ad tertium dicendum, quod Aug. ibi loquitur de
his, quæ neque sacrarum scripturarum auctoritatibus
continentur, nec in concilijs episcoporum statuta in-
ueniuntur, nec consuetudine vniuersalis Ecclesiæ robo-
rata sunt. Ieiunia verò quæ sunt in præcepto, sunt in
concilijs episcoporum statuta, & consuetudine vni-
uersalis Ecclesiæ roborata. Nec sunt contra libertatem
populi fidelis, sed magis sunt utilia ad impedientem
seruitutem peccati, quæ repugnat libertati spirituali,
de qua dicitur ad Galat. 5. Vos enim fratres in liber-
tatem vocati estis, tantum ne libertatem detis in oc-
casione carnis.

ARTIC. IV.

Vtrum omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneantur? 709
Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod omnes
ad ieiunia Ecclesiæ teneantur. Præcepta enim Ec-
clesiæ obligat, sicut Dei præcepta: secundū illud Luc.
10. Qui vos audit, me audit. Sed ad præcepta Dei ser-
uanda omnes tenentur. Ergo similiter omnes tenentur
ad seruanda ieiunia quæ sunt ab ecclesia instituta.

O 2 ¶ 2 Præ-

inf ar. 7
ad 3. et 4

d. 15 q. 3.
a. 2. q. 1.

2. 3 q. 4.
c. confl.

§. præ-
cepta

rea. de ob-
seruando ieiunio.

212 QVÆ ST. CLXVII. ART. IV.

¶ 2 Præterea , Maximè videntur excusari pueri
ieiunio propter ætatem . Sed pueri non excusantur,
Dicitur enim Iocl. 2. Sandificare ieiunium . & postea,
Congregate pauculos & fugentes vbera . Ergo multo
magis omnes alij ad ieiunia tenentur .

¶ 3 Præterea , Spiritualia sunt corporalibus praef-
renda , & necessaria non necessarijs . Sed opera corpo-
ralia ordinantur ad lucrum temporale ; peregrinatio
enim est ad spiritualia ordinatur , non est necessaria .
Cum ergo ieiunium ordinetur ad spiritualem utili-
tem , & necessitatem habeat ex statuto ecclesiæ , vide-
tur quod nō sint ieiunia Ecclesiæ prætermittenda pro-
pter peregrinationem , vel propter corporalia opera .

¶ 4 Præterea , Magis est aliiquid faciendum ex pro-
pria voluntate , quam ex necessitate : vt patet per Apo-
2. ad Cor. 9. Sed pauperes solent ex necessitate ieiun-
re propter defectum alimentorum . Ergo multo magis
debent ex propria voluntate ieiunare .

S E D contra videtur , quod nullus iustus tenteret
ieiunare . Praeceps enim Ecclesiæ non obligantur
contra doctrinam Christi . Sed Dominus dixit Luc. , quod
non possunt filii sponfi ieiunare quamdiu cum ipsis es-
sponfis . Est autem cum omnibus iustis , spiritualiter
eos inhabitans . Vnde Dominus dicit Mat. vlt. Ecce
Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi .
Ergo iusti ex statuto Ecclesiæ non obligantur ad iei-
junandum .

1.2. q. 90 R E S P O N D E O dicendum , quod sicut supra
a 2. et q. dictum est , statuta communia proponuntur secundum
98. art. 2. quod multititudini conueniunt . Et ideo legislator inter
O 6. statuendis attendit id quod communiter habetur , &
in pluribus accidit . Si quid autem ex speciali causa
in aliquo inueniatur , quod obseruantie statuti repa-
gnat , non intendit talen legislator ad statuti obser-
viam obligare : in quo tamen est discretio adhibenda .
Nam si causa sit evidens , per se ipsum , licite potest ha-
mo statuti obseruantiam præterire , præsumtum conve-
nienter interueniente , vel si non posset de facili recu-

fus ad superiorem haberi. Si vero causa sit dubia, debet aliquis ad superiorem recurrere, qui habet potestatem in talibus dispensandi. Et hoc est obseruandum in ieiunijs ab Ecclesia institutis, ad quæ omnes communiter obligantur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum.

Ad primum ergo dicendum, quod precepta Dei sunt precepta iuris naturalis, quæ secundum se sunt de necessitate salutis. Sed statuta Ecclesiæ sunt de his quæ non per se sunt de necessitate salutis, sed solum ex institutione Ecclesiæ. Et ideo possunt esse aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad obseruanda ieiunia huiusmodi non tenentur.

Ad secundum dicendum, quod in pueris maximè est evidens causa non ieiunandi: tum propter debilitatem naturæ, ex qua prouenit & indigent frequenti cibo, & non multo simul assumpto: tum etiam quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti. Et ideo quamdiu sunt in statu augmenti, quod est (vt in pluribus) usque ad finem tertij septennij, non tenentur ad Ecclesiastica ieiunia obseruanda. Conueniens tamen est, vt etiā in hoc tempore se ad ieiunandum exerceant plus vel minus, secundum modum suæ ætatis. Quandoque tamē magna tribulatione inimicente, in signum pœnitentiae artioris etiam pueris ieiunia indicuntur: sicut etiam de iumentis legitur Iona 3. Homines & iumenta non gustent quicquam nec aquam bibant.

Ad tertium dicendum, quod circa peregrinos & operarios distinguendum videatur: quia si peregrinatio & operis labor commodè differri possit, aut diminui absque detimento corporalis salutis & exterioris status, qui requiritur ad conseruationem corporalis vel spiritualis vitæ, non sunt propter hoc Ecclesiæ ieiunia prætermittenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinandi, & magnas dietas faciendi, vel etiam multum laborandi, vel propter conseruationem vitæ corporalis, vel propter aliquid necessarium ad vitam spi-

O 3 ritua.

214 QVÆST. CXLVII. A R T. IV.
ritualem, & simul cum hoc non possint Ecclesiæ ie-
nia obseruari, non obligatur homo ad iejunandū: quia
non videtur fuisse intentio Ecclesiæ statuēris, iejunia,
ut per hoc impeditet alias pias & magis necessarias
causas. Videtur tamen in talibus recurrentem esse ad
superioris dispensationem, nisi forte vbi est ita con-
suetum: quia ex hoc ipso quod prælati dissimulant,
videntur annuere.

Ad quartum dicendum, quod pauperes qui po-
sunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad vñā
mestionem, non excusatūr propter paupertatem a it
iunijs Ecclesiæ, à quibus tamen excusari videntur illi,
qui fructatim eleemosynas mendicant, qui non po-
sunt simul habere quod eis ad vñēum sufficiat.

Ad quintum dicendum, quod illud verbū Domini
tripliciter potest exponi. Vno modo secundū Chrysostomū
qui dicit, quod discipuli qui filij spōsi dicuntur, adhuc
imbecilliūs dispositi erant: vnde vestimenta veteri cō-
parantur. Et ideo in præsentia corporali Christi erant
magis fouendi in quadam dulcedine, quām in au-
tentate iejunij exercendi. Et secundum hoc magis con-
venit, ut cum imperfeti & nouitijs in iejunis dispe-
serur, quām cum antiquioribus & perfectis, vt patet
in * glossa super illud Psal. 130. Sicut ablatus est sa-
per matre sua. Alio modo potest dici secundū Hieronimi
quod Dominus ibi loquitur de iejunio veterum obser-
vantiarum. Vnde per hoc significat Dominus q[uod] Apo-
stoli non erant in veteribus obseruantis detinendi
quos oporebat gratiæ nouitate perfundi. Tertio mo-
do, secundū Aug. qui distinguit duplex iejunium
quorum vnum pertinet ad humilitatem tribulationis
Et hoc modo non cōpetit viris perfectis, qui dicunt
Elii sponsi. Vnde vbi Luc. dicit, Non possunt filii spōsi
iejunare, dicit Matt. Non possunt filii sponsi lugere
Aliud autem est, quod pertinet ad gaudium mentis in
Eu. c. 27. spiritualia suspenſa. Et tale iejunium conuenit per
nō remo-
fēcis.
tē a s. t. 4

AR.